

Hermann Lembke

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.D. & Cod. Professor, Ad Exequias, Quas Virgini ... Johannaе Willbrands/ Heredes moestissimi, Paratas cupiunt; Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777134829>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS Lemble/

J. U. D. & Cod. Professor,

AD EXEQUIAS,

Quas

Virgini Castissima ac Pudicissima

JOHANNÆ Willbrands /

Heredes moestissimi,

Paratas cupiunt;

Omnes Omnium Ordinum Cives

Academicos peramanter invitat.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

Anno 1655.

LB FP Willebrand, Johannas 1655



Quantoperè Stoici animo-
rum affectus seu perturbationes
quasq; , *dolorem* verò cumprimis,
aspernentur ac damnent, eo, quod
in nuperum funus parabamus, Programmate,
significatum nobis declaratumq; est. Nunc, quo
loco aut pretio ipsam etiam mortem habuerint,
verbo præfabimur; Sed mente adeò à priori di-
versâ, ut, quos ibi culpavimus, hîc laudaturi atq;
secuturissimi. Sanè de contemnendâ morte *Se-
cra* & Philosophiæ ejusdem Princeps, *Seneca*, ma-
ximus & sapientissimus Scriptor, cum multa alia,
tùm hoc in primis præclarissimè ad *Luciliû* Epist.
54. *Ullum laudat imitare, quem non piget mori, cum
juvet vivere. Quæ enim virtus est, cum exiatis,
exire? Amen & hîc virtus est. Exiatis quidem, sed
tanquam exeam.* Gravissima, fateor, & Christia-
no, quàm Ethnico dignior sententia; quàm sive
legentes, sive audientes, facere non possumus
(certè non debemus) quin & in isthoc animum
tàm cordatum & ad mortis terri culamenta tàm
im-perterritum admiremur; in nobis verò vecor-
dem adeò atq; abjectum condemnemus, & vel
conspuamus. *Stoico* illi, utcunq; Ethnico, per-
sualis.

svafiffimum erat, mortem inter illa esse, quæ ma-
la cum non sint, mali tamen speciem præ se fer-
rent: Quia, etsi, absens & in expectatione dum est,
molestiam adfert; præsens tamen neminem afficit mo-
lestiâ (quod benè ac præclarè ab *Archefilao* dictum
Plutarchus de Consolatione ad *Apollonium* refert)
Hinc mortem usq; ad eò non timet, quem cita-
vimus, *Seneca*, ut exspectat potius, & diem quem-
libet sibi ultimum velit. *Paratus sum*, scribit
Epist. 61. exire, & id eò fruor vitâ, quia, quamdiu
futurum hoc sit, non nimis pendo: ante senectutem
curavi, ut benè viverem; in senectute id operam do,
ut benè moriar. Benè autem mori est libenter mori.
Nos contra, quotiescunq; vel minima mortis
obrepit cogitatio, ut trepidamus? ut angimur?
ut animi nostri, quos in sui amorem natura for-
mavit, propter id, quod in se mortem terribile
aut noxium habere credimus, irritantur? Enim-
verò mox versari ante oculos uxor incipit; mox
parentes, Fratres, Sorores, amici; quos eripi no-
bis, vel à quorum nos amplexibus atq; contu-
bernio abstrahi, renuimus. Deindè verò etiam
ex hac rerum copiâ & affluentia, ex his mundi
deliciis ac voluptatibus ægrè educimur: quin
& corpora nostra, in quibus comendis, poli-
endis, ornandis tantum studii operæq; insumi-
mus, à vermibus tandem rosam & absumptum
A 2
iri,

iri, dum recolimus, vel vix recolimus, ibi, Deum
immortalem! stupere quilibet, & arrigere comā
incipit At nimium quantum hīc nos vincit (certē
& pudefacit) gentilis *Stoicus!* quo profectō mortē
recordatos, cordatiores longē, & adversus ista
ejusdem, uti antē appellavimus, terriculamenta
animosiores, (Christiani enim sumus) esse oportebat.
Intelligebat sanē ille quidem, mortem
malorum hujus vitæ omnium finem, felicemq;
clausulam esse: quin & utcunq; credebat,
vitā hac defunctos ad aliam resuscitandos:
at nec artem benē moriendi callebat, nec
veræ, quæ subsequutura esset, beatitudinis spes
fuit ei unquam ulla: Clara sic satis eam in rem
verba sunt Epist. 36. *Mors* (inquit ibi) *quam per-*
time scimus & recusamus, intermittit vitam, non eri-
pit: veniet iterum, qui nos in lucem reponat, dies;
quem multi recusarent, nisi obutos reduceret. Nos
verò ex infallibili Dei verbo, scriptis Prophetarum
& Apostolorum comprehenso, Spiritu S.
Doctore, tum artem benē beatēq; moriendi no-
vimus; tum didicimus quoq;, in Domino defun-
ctis mortem non tantum omnium vitæ hujus
miseriarum atq; calamitatum finem, & à labori-
bus cessationem; sed & ex caducā hac & mortali
in æternam & immortalem vitam transitum esse,

in

in quâ omnes hæ molestiæ ac difficultates nostræ summâ requie, & nunquam terminandâ felicitate atq; gloriâ compensentur.

Hoc igitur, præ *Stoicis*, virilius fortiusq; lechi meminerimus, & jugum ejus lubentius subeamus, JOHANNA WILBRANDIA sanè (ut ad eam jam deveniamus) planè, ut quovis alio, sic hoc potissimum puncto, Christianam sese gessit, adeòq; mortem non reformidavit unquam, uti identidem desideràrit, & voti quoq; jam compos facta sit. Cujus memoriæ, quæ necessaria & commendandæ eximiæ virgini factura esse arbitramur, more sveto, quia officium à nobis exigitur, apponemus. Nata est *Gustrovî*, urbe non contemnendâ, & Principum cæteroque sede, Anno 1634. die 26. Martii; Patre Reverendo & Doctissimo DN. M. PETRO Wilbrand / Templi parochialis ibid. Pastore meritissimo; Matre verò pudicissimâ & sexus sui virtutibus ornatissimâ, ELISABETHA Backmeisters. Avus paternus fuit Amplissimus & Consultissimus Dn. NICOLAUS Wilbrand / J. U. D. & Academia hujus Professor clarissimus. Avia paterna CATHARINA Heins / Consultissimi & Excellentissimi Dn. FRIDERICI Heins / J. U. D. Serenissimi Sverinensium Principis Consilarii, Academiae Professoris; tandem Consulis ac Syndici

dici apud nos gravissimi, filia. Avum mater-
num habuit pl. *Reverendum, Clariss. & Excellen-*
tiss. Dn. LUCAM Backmeister / S. S. Th. D. ac
Profess. itemq; Gustroviensis territorii Superinten-
dentem celeberrimum. Aviam maternam ELI-
SABETHAM Papfen / Dn. NICOLAI Pap-
fen / civis quondam ac mercatoris apud nos pri-
marii, filiam. Proavus paternus ei exitit vir
Reverendus & Doctissimus Dn. PETRUS Wils-
brand / Pastor quondam in Gortosen fidelissi-
mus. Proavia materna SOPHIA, insignis
quondam & accuratissimi, nec minùs celebris
etiam Theologi, Dn. D. ALBERTI GRAWE-
RI, Amita. Proavus Maternus fuit admodum
Reverendus praclariss. & Excellentiss. Dn. LUCAS
Backmeister / S. S. Th. D. ejusdemq; Profess. ac
Reverendi Ministerii Rostochiensis Superinten-
dens per totos quadraginta sex annos laudatissi-
mus. Cui, ut ut pro collatis in Academiam atq;
Ecclesiam nostram tot numero beneficiis, refer-
re gratiam haud possumus, habituri certè su-
mus semper. Proavia materna JOHANNA
Bördinges / Experientissimi & Celeberrimi Me-
dici, Dn. D. JACOBI BÖRDINGI, filia,
ac Dn. JACOBI BÖRDINGI Cancellarii
quondam Ducatus hujus; postmodum Lube-
gensium Consulis eminentissimi, germana Soror.
Hac

Hac tam præclarâ ac nobili gente JOHANNAM
nostram satam esse cernimus. Ut primùm lu-
cem conspicata est, per initiationis sacramen-
tum, Baptismum, regenerari h. e. à sordibus
peccati originis, (quâ infesti labe omnes sumus)
abluendam, CHRISTOQ; & Ecclesiæ ejus in-
serendam curarunt Parentes optimi ac piissimi,
nec quicquam deinceps intermiserunt eo-
rum, quæ filiolæ rectè ac voluntati divinæ con-
venienter educandæ facere existimarent. Quan-
doquidem autem, juveniseriamnum, infirmari,
ac corporis aliquo vitio laborare; neq; diu post
utroq; etiam parente orbari cæpit, id operam
consanguinei ac tutores dederunt, uti à munda-
nis turbis ac perplexitatibus remotam, tran-
quillitati consecrarent, atq; solitudini; ut hoc
pacto, quæ jamtum pietatis ac virtutum non
pænitenda fundamenta jecerat, eò feliciter sineq;
impedimentis stabiliret. Inter moniales ergo
(vitæ genus & antiquum, & solo conjugio infe-
rius) profiteri nomen lubuit, & initio quidem
ejus, quæ à DOMINA, PRIOR erat,
AGNETHÆ LANGIÆ b. m. convictu ac con-
suetudine, sed per semestre saltem, uti: postmo-
dum verò ipsi DOMINÆ, REGINÆ Schra-
ders/ concredi; quæ profectò omni fide, amo-
re;

re, & quibus unquam potuit officiis, & valentem, & ægram cumprimis atq; decumbentem profecuta est. Quinque abhinc septimanis morbo corripit ac lecto affigi cæpit. Quo tempore nullià Dn. Medico parcitum operæ est, ut pristinæ JOHANNAM sanitati restitueret. Sed morbi major fuit, quam medentis potentia. Quod cum persentisceret ægra, instrui eo medicamine voluit, quod non corpus, cujus desperata jam res erat, sed animam reficeret. Desiderio expleto, mortem non saltim maximo animi prolubio (quod ante quoq; dicebamus) expetiit, verum etiam 24. Aprilis hujus die, septimam & octavam inter vespertinam, experta est; postquam viginti duos annos vivendo explevisset. Anima cælo recepta est: Corpus nostræ omnium matri, terræ, hodiè mandabitur. Cui ut exequias eamus, & ipsa *vestalis* virtus, & , ex quâ originem ea ducit, præclarissima prosapia, à nobis flagitant. Agite ergò, Cives Academici, agite; adeste deducendo funeri quâ par est, non frequentiam saltim, sed & modestiam; inq; eum finem horâ I. pomerid. in Æde Jacobæâ convenite. PP. sub Sigillo Rectoratus nostri 30. April.

Anno 1655.



in quâ omnes hæ molestiæ ac dif-
stræ summâ reqvæ, & nunquam re-
licitate atq; gloriâ compensentur

Hòc igitur, præ *Stoicis*, virilius
meminerimus, & jugum ejus lub-
mus, JOHANNA WILBRA
(ut ad eam jam deveniamus) pla-
alio, sic hoc potissimum puncto,
se se gessit, adeòq; mortem non refe-
quam, uti identidem desideràrit,
jam compos facta sit. Cujus mem-
cessaria & commendandæ eximie
ra esse arbitramur, more svero, q-
nobis exigitur, apponemus. Nat-
urbe non contemnendâ, & Princ-
qui sede, Anno 1634. die 26. Mai-
verendo & Doctissimo DN. M
Willbrand / Templi parochiali-
re meritissimo; Matre verò pudica
sui virtutibus ornatissimâ, ELISAB
meisters Avus paternus fuit *Ampli-
sultissimus* DN. NICOLAUS Wilbr
Academiæ hujus Professor clariss-
paterna CATHARINA Heins/
Excellentissimi DN. FRIDERICI
Serenissimi Sverinensium Princip-
Academiæ Professoris; tandem Co-

A 3

